mus et est continuum cum costa prima a dextra et sinistra et cum ipso unitur par unum cuius unumquodque impar est duplans ipsum et faciens ipsum duas partes quarum superior cum collo continuatur et ipsum mouet et inferior earume mouet pectus et miscetur cum musculo eius que nunc nominabimus et ipse est ille qui est continuus cum costa quinta et sexta. Et par quod est in loco spatule concauo infusum? et cum quod par continuatur quod a spondilibus ad spatulam descendit et fiunt sicut musculus unus et cum costis continuantur posterioribus. Et par tertium quod nascitur a sexta spondilium colli et a prima et secunda spondilium pectoris et continuatur cum costis thoracis; isti sunt musculi dilatantes.

Musculorum uero pectus constringentium alii sunt qui pectus in latitudine constringunt et est diaphragma cum quiescit. Alii sunt qui secundum essentiam. Et ex istis est par quod sub radicibus costarum superiorum est extensum cuius operatio est stringere et aggregare. et ex eis est par apud extremitates istius cum thorace uel adherens thoraci inter epiglotale et furculam continuatum et continuatur cum musculis uentris qui sunt recti. Et alia duo paria que ipsum cooperiunt. Musculi uero qui simul constringunt et dilatant sunt musculi qui sunt inter costas; uerumtamen est perscrutatione in considerando cognoscitur quod constringentes alii sunt a dilatantibus.

Inter omnes enim duas costas sunt ex eis quatuor per certo musculi, licet quidam existiment quod sit unus musculus. Et hic quidem qui unum existimant musculum ex uillis contextus est transuersis, quorum quidam sunt intrinseci, quidam qui cooperiunt. Eorum qui cooperiunt quidam sunt qui sunt ad partem extremitatis cartilaginose coste; et quidam sunt qui sunt ad partem [sunt qui sunt ad partem] alterius extremitatis que est fortis. Quod uero interius existit totum in situ cooperiente est diuersum. Et illud quod est in extremitate coste cartilaginose diuersum est in situ ab eo quodest super aliam extremitatem. Et quando quidem hic quatuor habentur uilli numero oportet ut musculi sint numero quatuor. Et qui ex eis sunt superius positi sunt dilatantes. Et qui ex eis sunt inferius positi sunt constringentes. Per hoc itaque sit omnium musculorum pectoris numerus LXXXVIII musculi. Et est etiam cum musculos pectoris duo alii iuuant musculi qui a furcula ad spatule caput uenientes ad primum eius continuantur latus et ipsum sursum eleuant et in dilatando pectus adiuuant.

### Capitulum XVII. De anathomia musculorum motus adiutorii

Ex musculis motus adiutorii sunt illis qui mouent spatule iuncturam et sunt tres musculi qui ei a pectore adueniunt et ipsum mouent ad inferiora. Et musculi qui inferis sub mamilla oritur et cum parte adiutorii antecedente continuatur apud antecedentem partem marginis, cartilaginis concauitatis, et ipse est qui diutorium ad pectus applicat cum comunitate? qua spatula ipsum sequitur. Et musculus qui a supremo thoracis nascitur et efficit ut domesticum capitis adiutorii cooperiat et est applicans ipsum ad pectus cum impulsione pauca. musculus duplus magnus qui a toto oritur thorace continuatus cum infimo antecessionis adiutorii qui cum operatur cum uillo qui in superioris partis eius est adiutorium ad pectus ducit ipsum eleuando, et cum alia parte ducit illud ad ipsum faciens ipsum ad inferiora descendere et cum eis <ambobus ducit ipsum ad pectus secundum rectitudinem et alii

duo>[17] musculi qui a parte nascuntur ylii magis <interius continuati?> quam sit continuitas magni musculi qui a torace ascendit. Unus eorum est magnus ueniens a loco qui est apud ilium et a costis posterioribus et trahit adiutorium ad costas posteriores directe et alter est subtilis qui nascitur a cute ilii et non ab eius osse et declinat magis ad medietatem quam ille et continuatur cum corda eius qui a parte *(fin fol. 1vb)*

<Si enim imparauerint ei uirtus existimatiua animalis quam prius ea nominabimus et ipsamet ad suam peruenit operacionem> (fol. 9ra) uocant eam imaginatiuam. Et si uirtus racionalem ei imperauerit et reduxerit eam ad illud quod ei prodest uocatur <uirtus> cogitatiua. Quocumque tamen modo fuerit inter hanc uirtutem et primam existit differencia quod prima est recipiens et[18] custodiens illud [id] quod ad eam peruenit deformis sunsu preceptis et ista est illa que se exercet in eis que in imaginacione recondita sunt exercicio componendi et diuidendi et singulas efficit formas quemadmodum ad eam perueniunt a sensu et alias formas ab eis diuersas sicut hominem qui in monte uolat smaragdino. Sed fantasia non ponit coram se nisi quantum recipit a sensu et huius quidem uirtutis sedes est uentriculus cerebri medius. Et hec quidem uirtus est instrumentum uirtutis que proculdubio in animali est occulta comprehensiua et est existimatiua: et ipsa quidem est uirtus qua animal iudicat quod lupus est inimicus et filius est dilectus et que prebere? conuenit est amicus a quo non est fugiendum. Et hoc iudicium secundum modum existit non racionalem. Amicitia enim et inimicitia non sensu sunt precepte, neque sensus eas comprehendit neque de eis iudicat nisi uirtus alia et licet non sit comprehensio racionalis est proculdubio alique apprehensio non racionalis. Hoc eciam plerumque utitur hac uirtute in multis suorum iudiciorum et precedit in hoc quemadmodum animal non racionale. Et hec quidem uirtus diuiditur a fantasia quoniam fantasia sensu precepta retinet et hec in preceptis sensu intenciones discernit non sensu preceptas et separatur ab ea quam ymaginatiuam uocamus et cogitatiuam quoniam illius operaciones nullum secuntur iudicium, sed istius operaciones non solum iudicium, sed eciam iudicia secuntur et illius operaciones sunt in sensu preceptis composicionem facere et istis operacio in sensu preceptis iudicare intenciones extra sensum. Et qemadmodum in animali sensus est iudicans de forma sensu preceptis. Similiter estimatiua est iudicans de intencionibus illarum fortunarum, que ad existimacionem perueniunt et non ad sensum. Quidam autem homines sunt qui presumunt [qui presumunt] et hanc uirtutem imaginatiuam uocant sed non tamen curamus, quia de nominibus non disputamus sed intenciones et differencias intelligere debemus. Et medico quidem non est curandum ut hanc uirtutem sciat. Impedimenta naturam operationum eius sunt impedimenta operacioni aliarum uirtutum que sunt antequam ipsa sunt sequencia sunt, sicut fantasia et imaginatiua et memorialis quam postea nominabimus. Et medicus quod non curat nisi de uirtutibus ex quibus cum in? suis impedimentis accidit lesio peruenit egritudo. Quod si lesio accidit operacioni alicuius uirtutis eam impedimenti quod accidit prius operacioni alterius uirtutis quam ei fueritque impedimentum illud secutum maliciam

17. En este lugar se produce el corte del pergamino con pérdida de una línea de texto.
18. *suprascriptum* uel aut.

complexionis alicuius membri aut corrupcionem composicionis sufficit medico ut sciat impedimentum illud propter malicia complexionis membri aut compositionis corrupcionem accidisse, ad hoc ut cum medicina ei sub-ueniat aut ut ipsum ab eo custodiat et non curat scire disposicionem uirtutis cui quod accidit, non accidit nisi alio mediante postquam sciunt disposicionem eius cui accidit illud quod accidit sine medio. Tercia uero illarum quas nominant medici est mlta(*expuntuatum*) quinta aut quarta cum certificauerimus que est uirtus conseruatiua et memoria. Et est thesaurus eius quod peruenit ad estimatiuam de intencionibus in preceptis sensu extra formas eorum sensu preceptas sicut [fantastica] in fantasia est tesaurus eius quod peruenit ad sensum ex formis sensuum preceptis et eius quidem locus est posterior cerebri uentriculus. Hic uero est locus consideracionis philosophice utrum uirtus conseruatiua et memorialis et uirtus que reducit illud quod est absens a memoria [ad memoriam] ex eis que ab estimatiua sunt reposita sit uirtus una aut uirtutes due medico tamen non est inde curandum, quoniam nocumenta que eis qualitercumque sint accidunt sunt homogenea, sunt enim nocumenta que in uentriculo cerebri posteriori accidunt, <uel de genere complexionis uel de genere composicionis. Virtus uero comprehensiua que est una de uirtutibus anime comprehensiuis est humana>[19] racionalis. Et quia medici uirtutem existimatiuam non considerauerunt propter eam quam diximus et ideo hanc uirtutem non considerauerunt. Non enim fuit eorum consideracio nisi nisi in operacionibus trium uirtutum tamen et non in aliis.

## Capitulum VI. De uirtutibus animalibus motiuis

Votiua uero uirtus est illa que cordas contrahit et laxat propter quod mouentur membra et iuncture et (fol. 9rb) dilatacione sua et reflexione[20]. Et <eius quidem penetracio est in neruis que sunt> cum lacertis continui. Et est genus quod secundum <specificacionem principii mo>tuum specificatur. In unoquoque igitur musculo est <alia natura que est sequens iudi>cium esistimatiue[21] a qua peruenit communis consensus[22].

## <Capitulum VII> Capitulum postremum huius doctrine de operacionibus

Dicemus quod operacionum <sin>gularium alie sunt que a<b una complentur uirtute,> uerbi gracia, digestio. Alie <que a duabus complentur virtutibus> sicut cibi desiderium quod completur a uir<tute naturali atractiua et a uirtute> sensibili que est in ore stomachi. Attractiua <uero operatur ex hoc quod mouet uil>lum qui secundum longitudinem protenditur <retinendu illud quod attrahitur et suggen>?do ex humoribus quod est sibi proprium. Sen<sibilis autem operatur in hoc quod >[23]

19. En este lugar se produce el corte del pergamino con pérdida de dos líneas de texto.
20. *suprascriptum* aliter flexione.
21. *suprascriptum* in alio sunt aggregacionem.
22. *in margine* id est, ea quibus... omnis... per se nota.
23. Como se puede comprobar en la lámina 2 (fol. 9rb) del texto de la columna b sólo se conserva la parte izquierda. Hemos recompuesto todo el texto a partir de la edición antes señalada.

hanc sentit passionem et quia sentit <mordicacionem cholere nigre que est excitans desideriunt cuius esse nominabimus. Et hanc quidem operacionem non dicemus duabus complerii uirtutibus nisi ideo quod cum sensibili acciderit nocumentum destruetur intencio que uocatur fames et desiderium neque desiderauitur cibus licet eo corpus indigeat. Et similiter transgluciendi operacio duabus completur uirtutibus: una est attractiua naturalis et altera est attractiua uoluntaria et prima quidem suam complet operacionem per uillum que secundum longitudinem protenditur que est in ore stomachi et isophago. Et secunde completur operacio per uillum lacerti transgluciendi. Cumque una duarum uirtutum destruetur transgluciendi operacio duriter peruenit, sed quando non fuerit destruetur. Sed cum illa non operata fuerit, erit transgluciendi operacio difficilis. Nonne uides quod cum desiderium non recte procedit duriter peruenit operacio transgluciendi illud quod non desiderat immo cum abhorrenus aliquam rem, nausea nobis prouocabitur et cum eam postea transglutire uoluerimus et territa fuerit ab ea uirtus nostra attractiua desideratiua dura ert operacio uoluntarie transgluciendi. Transitus quoque nutrimenti perficitur uirtute membri impelentis a quo procedit et attractiua membri ad quod accedit. Et similiter superfluitatum eggresio que fit per duas uias. Et forsitan plerumque existunt operacionis princioium due uirtutes, scilicet, animalis et naturalis, et fortase plerumque existunt eius causa, uirtus et qualitas sicut infrigifacio que prohibet materias et iuuat expulsiuant in parilitate superfluitatum que descendunt a membro et uetat et in faciem reuerberta. Et frigiditas quidem est equalitas que propter duas prohibet res, scilicet, cum essencia substancia eius quod efunditur ingrossando et coangustando poros. Et res tercia que est per accidens que est quam caliditas extinguitur attractiua. Et qualitas caliditatis attrahit per illud quod istis opponitur modis quos prediximus. Et caliditas qualitas quidem qualitas et neccesitas uacui non attrahunt in primis nisi illud quod est subtile et postea quod est spissum. Virtus uero attrattiua naturalis non attrahit nisi quod est ei magis conueniens et quod nature eius est proprium attrahere et plerumuque quod est magis spissum est magis proprium et magis conueniens.

... primi libri Dei gracia.

fen II, libri primi canonis incipit, cuius sunt doctrine tres.

Doctrina prima est de egritudinibus. Doctrina secunda est de causis. Doctrina tercia est de accidentibus.

Doctrine prime sunt octo capitula.

## Capitulum I. De doctrina cause et egritudinis et accidentis

Canon... fen secunda libri primi doctrine... egritudinibus doctrina secunda est... tercia est de accidentibus. Doctrina... capitula.

Capitulum primum est doctrina caus... accidentis.

<Dicemus quod causa in libris medicorum est id quod primo est et ex quo prouenit inuencio alicuius disposicionis in corpore humano aut eius fixionis. Et egritudo est disposicio non naturalis in corpore humano ex qua in operacione eua-

culaiter prouenit nocumentum prouentu primo et est>[24] ? naturalis aut complexio non naturalis. Et accidens est res que hanc sequitur disposicionem que est non naturalis siue sit naturali contraria sicut dolor in colerica siue non sit contraria sicut rubedo multa maxille in peripneumonia. Cause exemplum est putredo egritudinis exemplum est febris. Exemplum accidentis est sitis et dolor capitis. Cause quoque exemplum est replecio (fol. 9va) in receptaculum que ad occultum descendum exemplum egritudinis opilacio in bucha que est egritudo instrumentalis uel composicionalis. Exemplum accidentis est destruccio uisus. Exemplum etiam cause est reumatismus acutus. Exemplum egritudinis est apostema in pulmome. Exemplum accidentis est rubedo ambarum maxillarum et gibbositas unguium. Accidens autem uocatur accidens respectu sue essencie aut comparacione eius qui accidit et uocatur significacio? respectum consideracionis medici ad ipsum et processionis eius ab eo ad sciendum egritudinis essenciam. Et est cum egritudo fit alterius egritudinis causa sicut collica sincopis aut paralisis aut epilepsia. Accidens quoque plurimum? est causa egritudinis sicuti colica dolor fortis cui fit causam ut accidat sincopis; et sicut dolor vehemens qui fit causa apostematis propterea quod materi ad locum descendum doloris. Et plerumque enim ipsum accidens fit egritudo quem admodum dolor capistis qui ex febre accidit cum quemque figitur et tandiu sit mansinus? donec fit egritudo. Et est etiam cum una res comparacione sui et rei que est ante ipsam, et rei que est post ipsam est egritudo et accidens et causa quem ad modum uerbi gracia febris ethica, que est accidents apostematis pulmonis et est egritudo secundum se et est causa debilitatis stomachi, et sicut dolor capitis que accideit ex febre quando dolor ille figitur quia est accidens febris et egritudo in se et plerumque prouenit ex eo febris et sit ipsius causa.

## Capitulum II. De diuisionibus disposicionum corporis humani et de generibus egritudinum

Corporis humani disposiciones secundum A? sunt tres. Sanitas que est disposicio per quam corpus homini in sui complexione et composicione tale existet ut ex eo operaciones eius omnes prouenient incolumes. Et egritudo que est indisposicio in corpore hominis huic contraria et disposicio que est apud eum neque sanitas neque egritudo, aut ideo quod non est sanitas in ultio aut egritudo in ultio quem ad modum corpora senum et conualescencium et puerorum aut ideo quod amberes in uno tempore in duobus sunt copulate membris aut in un membro sed in duobus generibus remotis sicut qui est in complexione sanus et in composicione eger exempli causa, aut in uno membro duo generum propinquorum sicut qui est sanus in figura et non sanus in quantitate et situ, aut qui est sanus in duabus qualitatibus passiuis et non sanus in duabus qualitatibus actiuis, aut uicissitudine duarum rerum in duobus temporibus sicut qui sanatur in uere. Egritudinum uero alie sunt que sunt simplices alie sunt que sunt composite. Simplices autem sunt que sunt una ex speciebus egritudinis complexionis aut una ex speciebus egritudinis compisi-

24. El folio 9v es especialmente ilegible por el deterioro causado por la humedad. Nos hemos esforzado en delimitar el comienzo y final del texto del fragmento.

cionis quam postea nominabimus. Composite uero sunt in quibus due species aut plures contingunt ex quibus una componitur egritudo. Incipiemus igitur prius locui de egreditunibus simlicibus et dicemus quod egritudino simplicium genera sunt tria. Primum est genus egritudinum que membris comparantur quorum partes sunt similes et sunt male complexionis species, et ipse quidem non sunt comparate membris quorum partes sunt similes, nisi ideo quod in primis et essencialiter partibus accidunt similibus et per eas membris accidunt composicionis ita ut possibile sit imaginari eas comprehensas et repertas esse in quocumque membrorum uolueris quorum partes sunt similes et non incompositis. Et secundum genus est egritudinis membrorum officialium qui sunt egritudines composicionis que membris compositis accidunt que ex membris componunt quorum partes similantur. Membra autem officialia sunt operacionum instrumenta. Et tercium est genus egritudinum communium que membris accidunt quorum partes similantur et accidunt instrumentalibus in quanto sunt instrumentalia ita quod non sequatur eias instrumentalibus accidere propterea quod simplicibus acciderunt. Et he quidem sunt que continuitatis solutio uocantur et inparis disolutio. Solutio. II. continuitatis plerumque accidit iuncture ita quod simplicibus membris ex quibus iunctura fuit composita nulo modo accidit. Et plerumque accidit uero aut ossi aut uenis solummodo. Et ad ultimum quidem egritudinum sunt genera. Egritudines que complexionis sequuntur maliciam <composicionis> et egritudines que continuitatis solummodo sequuntur (fol. 9vb) et omnis egritudo que unam harum sequitur et per eam existit ei comparatur. Egritudines autem complexionum scite sunt .XVI. quas nominauimus.

## Capitulum III. De egritunibus composicionis

Composicionis egritudines quattuor comprehenduntur generibus: egritudines criature, egritudines quantitate et egritudines numeri et egritudines situs. Et creature quidem egritudines quattuor comprehenduntur generibus. Egritudines figure et est ut figura a suo cursu naturali mutetur et ex eius motu proueniat in operacione nocumentum sicut est tortura reni re..itudo tori quadrati et rotundi et rotunditas quadrati. Quius nomini est capitis rotunditas cum latitudine cum prouenerit inde impedimentum et multa stomachi rotunditas et ut in crystalloide non sit parua latitudo. Et secundum est egritudines uiarum quarum sunt tres species, quia aut dilatatur sicut dilatatur oculos et sicut sebel et uarices aut constringuntur sicut constringitur oculos et penetracio attrahendi aerem et medi. Aut clauduntur sicut opilacio foraminis uene? et uenarum epatis et aliorum. Et tercium est egritudines receptaculorum et uentriculorum quarum sunt quattor species quia aut fiunt maiora et dilatantur sicut testiculorum dilatatur foliculus, aut minoratur et constringuntur sicut minoracio et constriccio stomachi et constriccio uentriculorum cerebri cum est epilepsia. Aut opilantur et implentur sicut opilantur uentriculi cerebri cum est apoplexia, aut curuantur? et deserunt sicut curuantur uentriculi cordis sanguine cum multum gaudium perniciosum adest, aut multus timor perniciosus. Et quartum est egritudines superficierunt membrorum et sunt quia aut fitlene quod debet? esse asperum sicut os stomachi et intestina cum leniuntur, aut

exasperatur quod debet esse lene sicut trachea arteria quando exasperatur. Egritudinum autem quantitatis due sunt species quia aut sunt ex genere augmenti sicut est elephantia et magnitudo uirge et est egritudo que uocatur thersinus, aut sicut accidit quidam homini cui uocabatur Nichomachus cuius omnia membra adeo creuerunt quod se mouere non potuit, aut sunt ex genere diminucionis sicut siccitas lingue et pupille aut ptysis. Numeri quoque egritudines aut sunt ex genere augmenti et hoc quidem augmentum aut est naturale sicut dens additus aut digitus additus, aut est non naturale sicut glandula aut lapis; aut ex genere diminucionis et diminucio hec aut est naturalis sicut cum alicui non creatur digitus aut non naturalis sicut cum alicui abscinditur digitus. Egritudines uero situs et situs quidem secundum Ba? dicitur pro loco et dicitur pro societate si quattuor. Exitus membri a iunctura sua aut ut a suo meueatur situ ita quod non egrediatur sicut scissura que comparatur intestinis, aut moueautur subito motu in eo non secundum cursum naturalem neque uoluntarium sicut tremor, aut in suo figatur loco et non moueatur ab ipso quemadmodum accidit ei cum iuncture in egritudine podagre indurantur. Egritudines uero societatis omnem collegum disposicionem quam habet membrum comparacione sua ad alliud quod sibi uicinum existit siue ei appropinquet siue ab eo elongetur non secundum cursum naturalem. Et est duarum specierum, una est ut accidat ei prohibicio motus sui ad ipsum aut ut duritur sit postquam possibile erit sicut digitus cum sibi tangere uicinum prohibetur, aut cum accidit ei ut ab eo moueri prohibeatur, aut separetur ab eo postquam erat possibile, aut sit difficile sicut palbebre laxacio et iuncturarum laxacio in paralysi et duricies aperiendi manum et aperiendi oculum.

## Capitulum IV. De egritudinibus solucionis continuitatis

Solucionis uero continuitatis egritudo plerumque accidit cuti et uocatur escoriacio aut scarificacio. Et plerumque accidit carni que est ei propinqua in qua nondum factum est pus et uocatur plaga. Sed cum pus sit ibi uocatur ulcus. Fit autem pus in ea propterea quod superfluitates in eam euacuantur eo quod est debilis et propterea quod sui nutrimentum digerere non ualet et superfluitas et ipsum conuertitur, plerumque tamen dicitur plaga et ulcus solummodo continuitatis que accidit cuti et non carni. Quoaniam etiam accidit ossi quod ipsum in duas frangit partes aut in partes magnas aut paruas aut est cadens secundum longitudinem scindens ipsum, aut contingit ut cadat in cartilaginibus secundum tres dimensiones, aut ut accidat neruis. Sed si latitudini acciderit uocatur incisio, ex si acciderit secundum longitudinem et eius numerus non fuerit multus uocatur scissura et si eius numerus fuerit multus uocatur contusio. Plerumque etiam sit in partibus musculi que si in extremitate cediderit musculi uocatur attrictio siue cadat in numero siue in corde et si secundum latitudinem musculi proueniat uoctur separatio. Et si acciderit secundum longuitudinem et fuerit eius numeros paruus et fuerit eius concauitas magna uocatur amplificatio. Et si fuerit in partes eius multe et dilatetur et concauetur uocatur attrictio et dissolutio. Et est... dicitur dissolutio et attrictio liquefactio omne quod est medio musculi accidit quocumque contingat. Quod si in arteriis aut in uenis acciderit uocatur apertio et si contingat secundum eius latitudinem uocatur incisio et separatio:

et si processerit secundum eius longitudinem uocatur fissura et est etiam cum hoc contingit secundum motum operationis orificiorum earum et uocatur perforatio. Quod si arteriis acciderit et non clausa fuerit et ex ea sanguis ad receptaculum quod ipsam circundat exierit donec receptaculum illud impleatur et cum premitur ad arteriam reuertatur uocauitur mr? sanguis, alii tamen homines omnem sanguinis egressionem ab arteriis... sanguis uocant. Debes autem escire quod non omne membrum in partes dissolutionem tollerat. Cor .II. non tollerat quod prius accidit mors. Quod si in panniculis cadit et in diaphragmatibus uocatur ruptura et si inter duas partes membri compositi cadat et una ab alia separat ita ut membro simplici non accidat nocumentum eius separans concauitatem uocatur separatio et dislocatio et si acciderit neruo qui se de uno loco remouit uocatur ruptura. Et quandoque etiam fit in foraminibus continuitatis solutio? et dilatatur, et plerumque fit in locis ubi non sunt foramina et facit ibi foramina que non fuerunt. Et solutio quidem continuitatis et ulceratio et his similia cum in membro fuerint bone complexionis... sanantur. Et cum fuerit in membro male complexionis longo resistunt tempore. Quanto plus cum in corporibus contingut eorum que patiuntur hydropisim aut constrictionis malitiam et lepram. Et debes escire quod cum vulnera ista sunt stricta prouenit ex eis herpes estiomenus et tu invenieis in libris particularibus perscrutationem rei resolutionis continuitatis. Dimitamus ergo usque ibi.

## Capitulum V. De egritudinibus compositis

In aegritudinibus autem compositis dictionem proferemus... Dico ergo quod cum egritudines dicimus compositas non cuaslibet egritudines conjunctas intelligui volemus. Sed egritudines ex quibu omnibus cum conjungentur, prouenit ex eis res que est una egritudo et hec quidem est aprea? et eminentia in cute ex genere apreat?. Eminentie non sunt aparata parua sicut aparata sunt eminentia magna et in aparate quidem omnia egritudinum genera reperiuntur. In eo namque reperitur egritudu malicie complexionis. Nullum nanque accidit aparata nisi ex complexionis malitia cum ma? et in ipso etiam inueniuntur forme et compositionis malitia. Nullum non sit aparata qui cum eo proueniat lecio in figura et in dimensione et plerumque etiam ad est cum eo egritudos situs. Et inuenitur in ipso egritudo communis que est continuitatis solucio... sunt qui communitatis solo uocantur et imparans? dissoluto... tatis plenorum acidit iuncture ita quod simplicibus membris bus uincta fuit composita nullo modo accidit. Et plerumque accidit... aut ossis aut uenis solum modo. Et ad ultimum quidem egritudinum tria sunt genera egritudines que complexionis secuntur maliciam compositiomis et egritudines que continuitatis solutionem sequuntur et fol. 9vb maliciam egritudinibus...

Capitulum tercium. De egritudinibus composicionis.
...dem plaga oculis. Secunda...
(última línea del pergamino fol. 9vb)